

fieri intellexit. Itaque, paucis antè gradibus<sup>1</sup>, quàm qui sequebantur, in ædem Minervæ, quæ *Chalciæcus*<sup>2</sup> vocatur, confugit. Hinc ne exire posset, statim ephori valvas ejus ædis obstruxerunt, tectumque sunt demoliti, quò faciilius sub dio interiret. Dicitur eo tempore matrem Pausaniæ vixisse, eamque, jam magno natu, postquam de scelere filii comperit, in primis<sup>3</sup>, ad filium claudendum, lapidem ad introitum ædis attulisse. Sic Pausanias magnam belli gloriam turpi morte<sup>4</sup> maculavit. Hic quum semianimis de templo elatus esset, confestim animam efflavit. Cujus mortui corpus quum eòdem nonnulli dicerent inferri oportere, quò hi qui ad supplicium essent dati<sup>5</sup>, displicuit pluribus; et procul ab eo loco infoderunt, quo erat mortuus. Inde posterius dei delphici<sup>6</sup> responso erutus, atque eodem loco sepultus, ubi vitam posuerat.

<sup>1</sup> *Paucis antè gradibus.* Pocos pasos antes.

<sup>2</sup> *Chalciæcus.* De metal. Llámase así de una voz griega que quiere decir casa de metal. Algunos son de parecer que todo el templo era de metal; pero mas creible es que las paredes por dentro tuvieran planchas de bronce.

<sup>3</sup> *In primis.* Fué una de las primeras personas.

<sup>4</sup> *Turpi morte.* Con una muerte vergonzosa.

<sup>5</sup> *Inferri oportere, quò hi qui ad supplicium essent dati.* Que se habia de enterrar en donde se enterraban los ajusticiados.

<sup>6</sup> *Dei delphici.* De Apolo Dèlfico. Dicese que en el mismo lugar, para aplacar á Apolo, levantaron los Lacedemonios dos estatuas á Pausanias.

## V.

## CIMON,

## HIJO DE MILCIÁDES, ATENIENSE.

## CAPÍTULO I.

Cimon, detenido en la cárcel por causa de su padre, es puesto en libertad por la generosidad de su mujer.

Cimon, Miltiadis filius, Atheniensis, duro admodum initio usus est adolescentiæ<sup>1</sup>. Nam, quum pater ejus litem æstimatam<sup>2</sup> populo solvere non potuisset, ob eamque causam in vinculis publicis decessisset, Cimon eadem custodiâ tenebatur, neque legibus Atheniensium emitti poterat, nisi pecuniam, quâ pater multatus erat, solvisset. Habebat autem in matrimonio sororem germanam suam, nomine Elpiniceni non magis amore quàm more ductus: nam Atheniensibus licet eodem patre natas uxores ducere. Hujus conjugii cupidus Callias quidam, non tam generosus<sup>3</sup> quàm pecuniosus, qui magnas pecunias ex metallis<sup>4</sup> fecerat, egit cum Cimone ut eam sibi uxorem daret: id si impetrasset, se pro illo pecuniam

<sup>1</sup> *Duro admodum initio usus est adolescentiæ.* Experimentó fuertes trabajos en los primeros años de su juventud.

<sup>2</sup> *Litem æstimatam.* Véase la vida de Milciades, cap. 7.

<sup>3</sup> *Non tam generosus.* No tan noble.

<sup>4</sup> *Ex metallis.* De las minas.

soluturum. Is quum talem conditionem aspernaretur, Elpinice negavit se passuram<sup>4</sup> Miltiadis progeniem in vinculis publicis interire, quoniam prohibere posset<sup>2</sup>; seque Calliæ nupturam, si ea, quæ polliceretur, præstisset.

## CAPÍTULO II.

Hazañas de Cimon junto al rio Estrimon, á Anfípolis, á Micale y á las islas que se habían sublevado.

Tali modo custodia liberatus Cimon, celeriter ad principatum pervenit<sup>5</sup>. Habebat enim satis eloquentiæ, summam liberalitatem, magnam prudentiam<sup>3</sup> quum juris civilis, tum rei militaris, quòd cum patre a puero in exercitiis fuerat versatus. Itaque hic et populum urbanum<sup>6</sup> in suâ tenuit potestate, et apud exercitum plurimum valuit auctoritate. Primum, imperator<sup>7</sup>, apud flumen Strymona<sup>7</sup> magnas copias Thracum fugavit; oppidum Amphipolin constituit<sup>8</sup>, eoque decem millia Atheniensium in colo-

<sup>4</sup> *Negavit se passuram.* Dijo que no sufriria.

<sup>2</sup> *Quoniam prohibere posset.* Ya que lo podia impedir.

<sup>3</sup> *Ad principatum pervenit.* Llegó á ser el principal de los ciudadanos.

<sup>4</sup> *Prudentiam.* Pericia.

<sup>5</sup> *Populum urbanum.* El pueblo que habitaba dentro de la ciudad.

<sup>6</sup> *Imperator.* Jefe.

<sup>7</sup> *Strymona.* Rio que divide la Tracia de la antigua Macedonia, y desemboca en el mar Egeo.

<sup>8</sup> *Amphipolin constituit.* Reedificó á Anfípolis, ciudad en la Tracia.

niam misit. Idem iterum apud Mycalen<sup>4</sup> Cypriorum et Phœnicum ducentarum navium classem devictam cepit; eodemque die pari fortunâ in terrâ usus est: namque, hostium navibus captis, statim ex classe copias suas eduxit<sup>2</sup>, barbarorum uno concursu<sup>3</sup> maximam vim prostravit. Quâ victoriâ, magnâ prædâ potitus, quum domum reverteretur, quòd jam nonnullæ insulæ propter acerbitatem imperii<sup>4</sup> defeccerant, bene animatas<sup>5</sup> confirmavit, alienatas ad officium redire coegit. Seyrum<sup>6</sup>, quam eo tempore Dolopes<sup>7</sup> incolebant, quòd contumaciùs se gesserant, vacuefecit<sup>8</sup>, sessores veteres<sup>9</sup> urbe insulæque eiecit, agros civibus divisit. Thasios<sup>10</sup>, opulentiâ fretos, suo adventu fregit. His ex manubiis<sup>11</sup> Athenarum arx, quâ ad meridiem vergit, est ornata.

<sup>4</sup> *Mycalen.* Monte de la Caria, y segun otros una ciudad en la misma provincia.

<sup>2</sup> *Eduxit.* Hizo desembarcar.

<sup>3</sup> *Uno concursu.* Con solo un choque.

<sup>4</sup> *Imperii.* De la dominacion de los Lacedemonios.

<sup>5</sup> *Bene animatas.* Bien afectas.

<sup>6</sup> *Seyrum.* Isla del mar Egeo.

<sup>7</sup> *Dolopes.* Pueblos venidos de Tesalia.

<sup>8</sup> *Vacuefecit.* Hizo que evacuasen la isla.

<sup>9</sup> *Sessores veteres.* Los antiguos habitantes.

<sup>10</sup> *Thasios.* Los isleños de Taso, isla vecina á la Tracia.

<sup>11</sup> *His ex manubiis.* De los despojos que cogió en estas islas.

## CAPÍTULO III.

Cimon es desterrado por el ostracismo; pero, llamado á su patria, restablece la paz entre los Lacedemonios y los Atenienses, y muere en Cicio. (Año 4 de la olimpiada LXXXII, 449 antes de J. C.)

Quibus rebus quum unus in civitate maximè floret<sup>1</sup>, incidit in eandem invidiam quam pater suus ceterique Atheniensium principes. Nam testarum suffragiis, quod illi *ostracismum* vocant, decem annorum exsilio multatus est. Cujus facti celerius Athenienses, quàm ipsum, pœnituit. Nam, quum ille forti animo invidiæ ingratorum civium cessisset, bellumque Lacedæmonii Atheniensibus indixissent, confestim notæ ejus virtutis desiderium consecutum est<sup>2</sup>. Itaque, post annum quintum quàm expulsus erat, in patriam revocatus est. Ille, quòd hospitio Lacedæmoniorum utebatur<sup>3</sup>, satius existimans contendere Lacedæmonem, suâ sponte est profectus, pacemque inter duas potentissimas civitates conciliavit<sup>4</sup>. Post neque ita multò, Cyprum cum ducentis navibus imperator missus, quum ejus majorem partem insulæ devicisset, in morbum implicitus, in oppido Citio<sup>5</sup> est mortuus.

<sup>1</sup> *Maximè floreret.* Siendo el que mas sobresalia.

<sup>2</sup> *Notæ ejus virtutis desiderium consecutum est.* Se experimentó la falta que les hacia su acreditado valor.

<sup>3</sup> *Hospitio Lacedæmoniorum utebatur.* Estando, en fuerza del derecho de hospitalidad, retirado en territorio de los Lacedemonios.

<sup>4</sup> *Conciliavit.* Ajustó.

<sup>5</sup> *Citio.* Ciudad de Chipre.

## CAPÍTULO IV.

Grande liberalidad de Cimon.

Hunc Athenienses, non solùm in bello, sed in pace diu desideraverunt<sup>1</sup>. Fuit enim tantâ liberalitate, quum compluribus locis prædia hortosque haberet, ut nunquam in eis custodem imposuerit fructus servandi gratiâ, ne quis impediretur quominus ejus rebus, quibus quisque vellet, frueretur. Semper eum pedisequi<sup>2</sup> cum nummis sunt secuti, ut, si quis opis ejus indigeret, haberet quod statim daret, ne differendo videretur negare. Sæpe, quum aliquem offensum fortunâ videret minùs bene vestitum, suum amiculum<sup>3</sup> dedit. Quotidie sic cœna ei coquebatur<sup>4</sup>, ut, quos invocatos<sup>5</sup> vidisset in foro, omnes devocaret; quod facere nullum diem prætermittebat. Nulli fides ejus, nulli opera, nulli res familiaris<sup>6</sup> defuit. Multos locupletavit; complures pauperes mortuos, qui unde efferrentur non reliquissent, suo sumptu extulit. Sic se gerendo, minimè est mirandum si et vita ejus fuit segura, et mors acerba<sup>7</sup>.

<sup>1</sup> *Desideraverunt.* Le echaron menos.

<sup>2</sup> *Pedisequi.* Criados que le acompañaban. Ahora se llaman lacayos.

<sup>3</sup> *Amiculum.* Corresponde ahora á capa, ó casaca.

<sup>4</sup> *Cœna ei coquebatur.* Se disponia su mesa.

<sup>5</sup> *Invocatos.* Que nadie hubiese convidado.

<sup>6</sup> *Res familiaris.* Cuanto tenia en casa.

<sup>7</sup> *Acerba.* Sentida.